Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 111

[S.l.], [1. Drittel des 9. Jh.]

De patientia

urn:nbn:de:bsz:31-18963

Visual Library

Scs gregorius ait. qui enim sine humilitate uirtutes congregat in uento puluerem portat.;
Scs agustinus ait. Ille namque adtendit laudem di & uerba oris eius. cuius ceruicē
inclinat humilitas & non erigit superbia.; Uirtus quelib& sine humilitate & sine
caritate inutilium deputatur.; Qui enim sibi uilis ē. apud dm magnus est.; Uir
tus humilitatis non uerborum elatione sed mentis puritate requiritur.; Sit
quisque paruulus in oculis suis. ut sit magnus in oculis di quia humilitas precedit
gloriam.; Auxiante dno qui uiuit & regnat in secula seculorum.;

VIII DE PATIENTIA

Tribus modis uirtus patientie exercere sol&. aliud a do. aliud ab antiquo aduersario.
aliud a proximo tolleramus.; A do aū flagella. ab antiquo aduersario tempta
menta.; A proximo uo persecutiones & damna.; Patientia uera ē. aliena mala equanimitē
perferre & nullo dolore eū mordere qui ei mala inrogat.; Nam qui sic mala proximi
portat ut tacitus doleat & tempus retributionis exspectat.; Non ē uirtus man
suetudinis. sed uelamē furoris.; Sapiens grauitatem morū. hilaritatem frontis
temperat.; Scs agustinus ait. qui enim patientior fuerit ad iniuriam portan
dum potentior constituitur in regno.; Scs ysidorus ait. contumelia detra
hentium patientia superat. & contra linguę gladium. patientię prebet scutum.;
Scs ambrosius dicit. a facie publica patientia fugit & in animo iracundię uirus
absconderunt. ad nocendum parati cum nocendi tempus inuenerit.; Scs
gregorius ait. quantum mens fuerit lata per amorem. tantū erit patiens. per
longanimitatē. tantum quisque portat proximū quantū amat. quem enim
minus diligimus. minus etiam tolleramus.; Salamon ait. melior ē patiens
uiro forte. & qui dominatur animo suo capit urbem.; Melius ē iniuriam ta
cendo fugire quā respondendo superare; Quantum inuenitur homo minus patiens. tan
tum inuenitur minus sapiens.; Paulus apostulus ait. in patientia uestra pos
sidebitis animas uras.; Rogo uos fratres patientia sectamini quię maxima uirtus
animę ut premia ętna accipere mereamur per eum. qui uiuit & regnat in scla sclorum.

VIIII. DE CARITATE.;

Audite fratres apostulum dicentem ds caritas est. qui caritatem hab& dm
habet. & si dm habet quid non habet.; Diues sine caritate pauper ē pauper cum
caritate diues ē.; Putas quod ille sit diues. cuius arca plena ē auro. & ille non sit diues.